

int. rescript. grat. & just. num. 2. cum seqq.

- Advertere oportet, quod licet rescripta subreptitia, sint ipso jure nulla, tale vitium ultra quadraginta annos opponi non potest; nam ex lapsu tantum temporis gratia, & confirmatio præsumitur; Caput quoniam decis. 224. part. 3. Cassador. decis. 3. de caus. posses. Ricci. in collecta decis. p. 4. collectan. 1267. Imò triginta annos fluxisse, à quo rescriptum executioni mandatum est, sufficere docet Marefcot. d. c. 1. num. 101.
- 22 Non solum ad valorem rescripti desideratur, ut preces vitio careant, sed ut à persona habili offerantur; est enim certi juris majori excommunicatione ligatum non posse à Principe impetrare rescriptum, quod jure ipso nullum est; c. 1. rescript. in 6. Vivi. dec. 56. n. 1. Gom. Vaio dist. c. 4. n. 281. Azeved. in l. 1. n. 43. tit. 15. lib. 8. Recop. Pat. Suar. de censur. lib. 5. d. sp. 17. sect. 1. à princip. Quod procedit etiam in rescriptis Principis secularis; Ricciul. de jur. person. extr. grem. Ecclesie existent. lib. 4. c. 30. per totum; Navar. in d. c. 28. aliis 44. n. 1. 6. de sentent. excommunicat. Barbof. in collectan. ad d. c. 1. n. 8. qui multipliciter ampliat, & limitat eam constitutionem. Sed jam in rescriptis à Sede Apostolica impetratis excommunicatio non nocet, cum ex stylo Curie in illis absolutio à censuris adjiciatur, quæ validitatem gratiæ operatur, ad quem effectum duntaxat inferitur; D. Covar. in c. aliamater, part. 1. §. 7. n. 3. ad finem; Boër. decis. 290. Rebuf. in prax. part. 1. tit. de form. novæ provvis. n. 1. & seqq. Ricciul. d. lib. 4. c. 38. n. 22.

#### Ad Num. 1.

- 24 Expressio falsi, vel suppressio veritatis, ex quibus Princeps inducitur ad facilius indulgendum; et si alias esset concessurus, vitiat rescriptum, juxta communem sententiam; quam quoad expressionem falsi, tuentur Flamin. supra, lib. 10. q. 3. n. 46. Mandos. ad regul. 27. Cancellar. q. 8. n. 16. Nicol. Garcia de beneficiis, part. 6. c. 2. à n. 197. Tiraq. in tract. Cessante causa, limitat. 1. n. 12. 14. Navar. in d. c. si quando, exc. pt. 3. n. 3. de rescript. Valasc. consultat. 60. num. 5. tom. 1. Menoch. conf. 385. n. 31. vers. Non etiam obstat; Marefcot. d. c. 1. n. 18. Guttier. d. c. 15. n. 41. Quoad taciturnitatem veritatis, Abbas in c. ad aures, num. 4. de rescript. Staphilæ supra de form. & mod. impetr. §. Præterea est dare dignitatem, n. 5. Cassador. decis. 12. n. 14. de prebend. & decis. 3. n. 3. ut lit. pendente. Rebuf. in c. nulla, art. 2. in princip. concl. 4. de concess. prebend. & in prax. part. 3. signaturæ, verbo, Nec non juris patronatus, n. 24. Jaso. in d. l. 1. n. 2. C. si cont. jus, vel utilit. public. Medicos in tract. Mors omnia solvit, part. 3. n. 145. Tabiena in summ. verb. Rescriptum qu. 3. n. 4. Spino in specul. testament. glof. 16. n. 134. Cervantes in l. 10. Taur. n. 40. Flamin. de confident. benefic. q. 46. n. 38. 39. Azeved. in l. 2. n. 13. 14. tit. 23. l. 8. Recopilat. Marefcot. supra n. 127. Pat. Molin. de instit. & jur. disp. 591. n. 5. Vivian. in prax. juris patronat. decis. 97. n. 1. vers. Amplia si subreptio, Cyriac. tom. 2. controv. 313. n. 19. cum seqq.

#### Verf. Quod fortiori ratione probatur.

Idem notant Rebuf. in tractat. nominat. q. 9. n. 50. Azor. instit. moral. part. 2. ib. 6. c. 16. q. 3. Sanch. d. disp. 21. n. 10. ubi alia fundamenta præfate opinionis refert.

#### Verf. Contrariam sententiam.

- 26 Subreptio, vel obreptio circa causam impulsivam,

hoc est, cum Princeps, cognita veritate idem concederet, et si difficilius; rescriptum non facit irritum. Ita tenent Tusch. sup. lit. S. conf. 723. n. 10. Alexand. conf. 108. n. 4. vers. Confirmo, lib. 7. Signorol. conf. 35. Menoch. d. cas. 201. n. 28. cum aliis, Palat. Rub. in cap. per vestras, notabil. 4. n. 27. de donat. inter. Mandos. in regul. 32. Cancellar. qu. 9. n. 10. & qu. 11. n. 4. Rebell. de obligationib. instit. part. 2. lib. 3. q. 5. n. 25. Deci. in c. super litteris, n. 9. vers. Contrariam sententiam; de rescript. Berol. ibidem. lect. 2. n. 55. 73. Bonacin. d. punct. 4. n. 3. Parisi conf. 4. n. 35. volum. 4. Suarez de Relig. d. tom. 2. c. ult. n. 11. Sanch. qui alios laudat, n. 11. & sequitur, n. 17. Quod verius videtur. Vide infra, n. 53.

Præterea est & alia sententia communis habens, rescripta non vitari ex taciturnitate veritatis, nisi id supprimatur, quod jura exprimi deposcunt in cuiusmodi gratiæ impetratione; Rebuf. in tract. de nominat. q. 9. n. 49. Glof. in Clement. 1. verb. Vel alteri de præbend. Bellamera dec. 697. concl. Extra Rotam, n. 45. Felin. in d. c. super litteris, n. 2. vers. Et regula est. Navar. in extravagan. de datis, & promiss. pro litteris grat. notabil. 32. n. 48. corollar. 4. vers. Neque obstat resolutio, Gregori. Lop. in l. 36. glof. 2. tit. 18. part. 7. Mandos. de signatur. grat. verb. Absolutio ab hæresi, vers. Dispensatum fuerat, Sarmient. lib. 1. selectar. c. 9. n. 2. Bosfi. in prax. tit. de remediis ex sola clement. Princip. n. 34. Flamin. de rescript. beneficior. lib. 2. q. 2. n. 86. Ceval. tom. 2. q. 739. n. 16. & alii apud Sanch. n. 12.

#### Verf. Secundo ad hanc rem.

Hoc probant DD. pro secunda opinione supra laudari; & ad idem facit textus in cap. fin. de filiis presbyter. in 6. in illis verbis: Cum non sit verisimile, sedem ipsam cum illo prædictum patiente decessum, si hoc fuisset expressum eidem in pluralitate beneficiorum hujusmodi dispensare. Cui argumento Guttier. d. c. 15. n. 43. conatur satisfacere, sed non rectè: siquidem pro regula constituitur, solum nocere Gratia obreptionem circa causam finalem contingentem; ex quo aperte colligitur, valere rescriptum, et si quoad causam quancunque impulsivam illud vitium intervenerit.

#### Verf. Tertio probatur, Ibi: Et ulterius in cap. si pro Clericis.

Impetrans beneficium; ex stylo Curie debet, se Clericum esse docere, aut se laicum exprimere: Menochi. d. cas. 101. n. 33. Deci. in c. cum adeo, n. 3. de rescript. Berol. in d. c. super litteris. n. 72. vers. Vigesimo secundo.

#### Ad Num. 2.

Causam quadruplicem esse; agnoscunt tam Philosophi, quam juris Interpretes; efficientem, à qua; finalem, propter quam; materialem, ex qua; formalem, per quam res fit; ex Philosopho 2. Physicor. c. 35. 48. Suar. in Metaphysic. disp. 11. Fonseca in Institut. Dialect. lib. 1. c. 21. cum seqq. Argel. de acquir. posses. q. 1. art. 7. n. 35. Christophor. Enni. de princip. jur. lib. 1. pag. 356. Abbas in præmio Decretal. Colum. penult. vers. Descendo igitur: Canticula, in topic. legalib. loc. 10. Marant. in prax. part. 2. n. 16. 17. Raudensis de analog. c. 2. Zabarella in præm. Decretal. supr. glof. 1. n. 3.

Inter eas causa finalis præcipuum obtinet locum, est totius dispositionis gubernatrix, actus substantia, fons causarum, ac intentionis primum principium, Glof. in l. juris gentium, §. quod. ferè, ff. de

de pact. Bald. in l. eam, quam. col. 1. vers. Venio ad nota. a. C. de fideicommiss. & in l. avia, cel. ult. C. de jur. dot. Menoch. de præsumpt. lib. 4. pres. 24. n. 3. Tiraq. in d. tract. Cessante caus. limit. 1. n. 6. Argel. supra à n. 25. Navar. in c. inter verba, Corollar. 4. 11. q. 3. Guttier. d. c. 15. n. 1. Est prima in intentione, & ultima in executione, utcum D. Thoma docent, Bald. in l. 2. n. 1. C. locati, Fortuni. de ultim. fin. in princip. Guttier. d. n. 1. Molin. de primogen. lib. 1. c. 5. n. 15. & omnes Philosophi. Nam qui scit (ut hoc utar exemplo) rem suam ab alio usurpatam, primo eam recuperare, & habere desiderat; deinde medium cogitat, id est actionem, qua id consequatur, sic prius est in intentione finis ille, quam medium istud: at cum ad actus exteriores pervenitur, antè actio in judicio proponitur, quam res evincatur; quare medium in executione finem antecedit.

#### Ibi: Causa autem impulsiva est.

- 33 Accedit Guttier. supra n. 2. Sed causa impulsiva improprie causa dicitur; idè inter illas non connumeratur, quia solum est occasio; sive motivum quoddam extrinsecum; ut notant Argel. n. 15. vers. Hac concessio, & n. 56. vers. Hac paucis sint dicta, Menoch. d. pres. 14. n. 7. 18. Bald. conf. 340. volum. 1. lib. 3. Tiraquel. supra, n. 4. 6. Guttier. n. 15. Molin. à nu. 12.

#### Ibi: Ex quibus ita intellectis primò deducitur.

- 34 Non omnia, sine quibus res non fieret, ejusdem sunt causa; si proprie loquamur; sed illa quæ ad essentiam ejus quod agitur, intrinsecè desiderantur, quæ reducuntur ad quatuor causarum genera, de quibus supra; ut præter Tiraquel. Suar. & alios ibi laudatos advertunt Guttier. n. 3. Argel. n. 34. Cicer. lib. de factis, ubi sic inquit: Interesse autem, utrum hujusmodi quid sit, sine quo aliud effici non potest, aut hujusmodi cum quo aliud effici necesse est. Nulla igitur earum causa est, quoniam nullam rem suam effici, cuius dicitur causa; nec id, sine quo quippiam non fit, causa est; sed id, quod cum accessit, id, cuius causa est, effici necessario id. Et Senec. lib. 4. ait: Si per causam oporteat significare ea, sine quibus res effici non potest, necessarium est, inter causas quoque numerare locum, tempus, & motum sine quibus nulla res effici potest.

#### Ad Num. 3.

- 35 Sequuntur Guttier. n. 4. Navar. in Manual. latin. c. 17. n. 209. & c. 23. n. 100. vers. 5. Sed valde probabile est, ac receptum, non esse simoniacum, servire Prælati principaliter ob consequenda ab eis beneficia, expressa, vel tacita pactione cessante; sed ex sola benevolentia, ac gratitudine, quam captare, obsequio exhibito, famuli licitè possunt, etiam primariò hoc intendentes; Sanch. confessor. moral. lib. 2. c. 3. dub. 28. nu. 7. P. Suar. de Relig. tom. 1. lib. 4. c. 39. n. 7. Bonaci. in sum. tom. 3. tractat. de mut. & usur. disp. 3. q. 3. punct. 2. n. 8. de quo etiam Rebuf. in prax. tit. quot mod. benefic. acquirat. nu. 5. Tolet. in instruct. Sacerdot. lib. 5. c. 90. nu. 4. Zerol. in prax. Episcop. part. 1. verbo. Simonia, §. 11. Sayr. in clavi Reg. lib. 10. tract. 5. c. 7. n. 9. Axor. institut. moral. part. 3. lib. 12. c. 11. quest. 2. Flamin. d. tract. de confident. quest. 1. n. 38.

#### Ad Num. 4.

- 36 Hujus sententiæ sunt Guttier. n. 7. Silvest. verb.

Usura, n. 2. Medin. q. 1. de rebus per usuram acquisit. Navar. in manual. c. 17. n. 209. & alii apud Bonacin. supr. & Flamin. d. q. 1. n. 4. Contrarium tamen, scilicet usuram non esse, mutare principaliter propter spem lucri ex gratitudine, ac liberalitate mutuarii, nullo interveniente pacto expresso, vel tacito, etiam si absque illa spe quis non esset mutuaturus, probant Valentia. 2. 2. tom. 3. disp. 5. q. 21. de usur. punct. 1. vers. Quare hinc sequitur, pag. 1350. Soc. de just. & jur. libr. 6. q. 1. art. 2. Bonacin. d. nu. 8. ubi alios laudat.

#### Verf. Scribit tamen Decius.

Decio ad stipulantur nonnulli relati à Sanch. d. 37. dub. 28. nu. 3. ipse verò cum D. Covar. hic, adversus eos tenes, posse Episcopum conferre famulo beneficium, exprimendo, in facere in remunerationem servitii; ad quam ex sola obligatione antidotali tenebatur; Bonacin. tom. 1. tractat. de simon. disp. 1. q. 1. §. 1. nu. 10. Guttier. n. 5. Pat. Suar. qui communem asserit. d. cap. 39. nu. 5. 6. Azor. p. 3. lib. 12. c. 11. question. 2.

#### Ibi: Siquidem jure verum est, licere.

Adde Guttier. n. Sed hanc opinionem, et si vera sit, non esse in praxi admittendam, docet Valent. supr. d. qu. 21. punct. 2. vers. Sed quamvis, cum seq. de quo Bonaci. d. tract. de mut. & usur. disp. 3. q. 3. punct. 3. n. 9. vers. Hinc patet, Azor. d. p. 3. lib. 5. c. 7. An amicitia in pactum deduci possit propter mutuum? quæstionis est; negat Bonaci. cum aliquibus d. disp. 3. q. 3. punct. 2. nu. 7. contra Navarrum, Covarruviam, Azorium, & alios.

#### Ad Num. 5.

Canonicos assistentes in choro principaliter ob lucrum distributionum quotidianarum simoniam incurrere, docent Moneta de distributionib. quotidian. p. 2. q. 18. n. 32. Ugolin. tabul. 4. de censur. c. 7. §. 2. nu. 5. Navar. de orat. & hor. Canonic. c. 6. n. 12. 16. & in tract. de simon. humanor. actuum. n. 39. Guttier. sup. n. 8. cum aliis, Ioan. Valer. de different. int. utrumque for. verb. Simonia, different. 10. & notatur communiter in c. suam. de simonia. Sed contrarium probabilius videtur, quoniam Canonici non intendunt aliquid spirituale vendere, vel emere, quod necessario ad committendam simoniam desideratur, sed stipendium sustentationis percipere, Sanch. supra, lib. 2. c. 1. dub. 12. Bonacin. tom. 2. tractat. de contractib. disp. 3. q. 3. punct. 2. n. 5. Soto supra lib. 9. q. 9. art. 2. Valent. supr. disp. 6. q. 16. de simon. punct. 3. vers. Hoc post o. cum sequenti; ubi quadam utitur distinctione ad eas sententias conciliandas.

#### Verf. His ita breviter præmissis.

Causa finali deficiente, rescriptum, five alia quælibet dispositio evanescit, l. quod dictum 33. ff. de pact. l. debitor. 84. ff. de legat. 2. Sanch. d. lib. 8. de matrimon. disput. 30. n. 8. & in præcept. Decalogi tom. 1. lib. 4. c. 2. n. 42. Bart. in l. ult. ff. de testam. tit. Tiraquel. supra, limitat. 1. Cyriac. tom. 2. controv. 303. n. 79. Menoch. d. pres. 24. n. 2. Pat. Suar. de legib. lib. 8. c. p. 30. nu. 21. Guttier. Canoniar. lib. 1. c. 15. n. 72. Quod limitatur, si effectus jam perfectè subsequutus est, qui non retrahatur, nec jus jam quæsitum ex defectu causæ finalis aufertur, l. fin. si. undè liberi, Sanch. d. disp. 30. ni

30. n. 10. Menoch. d. lib. 4. pres. 189. n. 197. 298. Bart. in l. 2. §. ultim. ad finem, ff. de donat. Jas. in l. inter stipulantem, §. Sacram. notabil. 4. ff. de verbor. obligat. Tiraquel. sup. part. 2. limitat. 1. n. 12. Guttier. d. n. 72. Argel. d. art. 7. à n. 50. ubi ostendit, præmissam limitationem non semper veram esse, ut quando perfectio effectus pendet ab ipsa causa finali, postquam productus est; sicut in legè contingit, quæ cessat, ejus causa cessante, l. adigere 6. §. quamvis ff. de jur. patronat. et si perfecta sit.

42. Causa verò impulsiva deficiente, nullo modo vitatur dispositio, Sanch. d. disp. 30. n. 7. Fondut. quæst. benefical. p. 1. c. 96. n. 38. Mantio. de conjectur. lib. 6. tit. 1. q. 1. §. 1. Galganet. de condit. & demonstr. part. 2. c. 4. q. 2. n. 1. Simon de Præcis de interpret. ut volunt. lib. 4. dubit. 1. n. 43. Barbof. in axiomatib. jur. axiom. 4. n. 6. Argel. supra n. 56. vers. Hæc paucis, ubi n. 58. limitat, nisi causa impulsiva respectu principalis dispositionis esset finalis quoad aliquem modum, vel qualitatem illi adjectam; quia tunc cessante hac causa impulsiva, ille modus, qualitasve cessabit.

Ibi: Deinde video in hac controversia.

Licet aliàs non conveniant DD. in assignando: quæ finalis, & quæ impulsiva causa dicatur, ut videre est apud Tiraquel. sup. limit. 1. per totam, quoad rem tamen de qua agitur, sine controversia causa finalis est; quæ principaliter movet voluntatem Principis, ita ut, ea remota, minimè concederet: Impulsiva verò; quæ est sit motivum ad facilius, aut citius concedendum, ea non existente, gratia nihilominus impetraretur: P. Vazquez. in 3. p. D. Tho. tom. 3. q. 1. disp. 10. art. 3. c. 8. n. 75. Argel. d. art. 7. à n. 27. P. Suar. d. tom. 2. de religion. lib. 6. c. ult. n. 9. Tiraquel. supra n. 11. Sanch. d. d. disp. 21. n. 9. ubi alii, qui rectè notat, causam finalem etiam illam dici, propter quam gratiæ aliquem modum, vel restrictionem adhiberet concedens; quia, illa seclusa, non concederetur quod impetratum est; siquidem aliud est quod indulgeret ab eo, quod indulgeretur: moderamine, aut qualitate adjecta; Barbof. in l. 1. part. 1. n. 85. ff. solut. matrimo. apud quem Bald & Cravetta.

44. Falsi expressio, aut taciturnitas exprimendæ veritatis, vel obscura narratio, per quam veritas sub verborum latet involucro circa causam finalem contingens irritum rescriptum reddit; Sanch. n. 17. Guttier. pluribus laudatis d. c. 15. n. 14. Quod sine distinctione procedit, sive dolo, sive ignorantia impetrantis contingat, d. c. super literis de rescript. Trentacinq. n. 45. Felin. in cap. ad audientiam, el. 2. de rescript. Tusch. lit. R. conc. 217. nu. 10. Cuman. conf. 103. in princip. Et ad eodè verum est, ut licet id fiat culpa Curialis, vel sollicitatoris, Parte infcia, non ideò magis rescriptum proderit, Ancharan. in d. c. si motu proprio, per eum textum, n. 3. notabil. 3. Deci. in d. c. super literis in nov. edit. notab. 3. n. 9. Corduba in summ. q. 4. opinio. 1. punct. 1. rat. 1. Sanch. n. 57. qui n. 58. advertit, contra Curiales, vel sollicitatores vitiosè, ut supra dictum est, impetrantes rescripta, emanasse Motum proprium Pii V. quo Pæna falsi ipsis irrogatur, Quamvis Trentacinq. n. vers. Hæc conclusio, doceat, absentis subreptionem ex ignorantia non nocere; & ita Rotam judicasse affirmat. Utrum rescriptum vitietur in totum, si subreptio solum in una parte contigerit? videas apud Trentacinq. n. 22.

46. Ratio est, nam cum gratiæ Principum eorum voluntati nitantur, hac deficiente, illæ subsistere non

possunt: consensus autem per errorem circa causam finalem, omninò deficit, l. si per errorem, 15. ff. de jurisdic. omni. judic. Quare quomodocumque subreptio, vel obreptio eveniat, rescriptum est involuntarium, atque ideò nullius momenti; argumentò; non omnis 19. ff. si cert. petat. Nec quia culpa careat aliquis, potest impetratis gaudere. non habens Principis voluntatem? ut per Sanch. n. 56. Suar. supra n. 2. 3. Bonacin. d. c. tract. de legib. disp. 1. q. 2. punct. 4. n. 3.

Illud verò est animadvertendum, non omnem suppressionem veritatis, quæ si exprimeretur, Princeps gratiam negaret, vitare rescripta; nam taciturnitas ejus, quod nullam habet prudentem connexionem cum gratia concedenda; non nocet; et si certò sciatur, quod si Princeps cognosceret; quod celatur, non concederet; veluti si nomen impetrantis simularetur, quia cum odio Princeps habebat; aut si criminibus irretitus, non impediens gratiam, illa non exprimeret sciens, ipsis patefactis, Principem non esse concessurum; Bonac. sup. n. 3. 4. 5. Guttier. n. 29. Sanch. n. 18. 79. Mandosi. in reg. 32. Cancellar. q. 11. n. 2. 4. vers. Ad quartum, Suar. d. c. ult. n. 12. cum seqq. ubi idem juris esse, probat loquens de dispensatione, si aliquid fingatur, ut dispenset Pontifex, qui fitione subjeta nequam dispensaret; nam si falsitas subijctur circa ea, quæ ad dispensationem non pertinent, ut si quis per mendacium asserat, se studiosum, vel ex tali familia natum, postulat voti dispensationem, rescriptum valebit, modò alia causa vera ad dispensandum sufficiens, simul proponatur.

Præterea suppressio veritatis, etiam circa causam finalem, non officit gratiæ Motu proprio concessæ c. si motu proprio 23. de prob. in 6. Clement. si Romanus 4. eod. tit. ubi Glos. fin. Marefc. d. c. 1. à n. 163. Sanch. d. d. s. 21. n. 47. Panormit. in c. ad aures, n. 5. de rescript. Felin. ibi, n. 6. Rebus. in concordat. in forma mandati Apostolic. super clausula. Motu proprio, eff. An 29. Ricci in prax. aurea resol. 390. n. 1. Moner. de commutat. ult. volum. c. 6. n. 157. Trentacinq. variat. d. lib. 1. tit. de rescript. resol. 5. à n. 30. Menoch. d. cas. 201. n. 81. August. Barbof. tract. de clausul. claus. 79. n. 16. Quod per prædictos limitatur, cum subreptio contingit circa in habilitatem personæ impetrantis, præjudicium Tertii, aut substantiam ejus, quod postulat; nam de illis, quæ Principi sunt inægnita, nihil statueri censetur; Marefc. cot. n. 170. ubi alii addit. Suar. de legib. d. lib. 8. c. 12. n. 16. rescripta cum clausula, Motu proprio, irrita fieri ex taciturnitate exprimendorum, cum preces aut informatio Partis præcesserunt, non tam ob subreptionem, quam ob defectum consensus concedentis; Trentacinq. n. 33. qui ex n. 30. docet, an ex aliis clausulis subreptionis vitium tolli possit.

Sed si dubitetur, num illud, quod celatum est; si explicaretur, removeret Principem à concedendo; vel falsitas expressa, fuerit causa finalis indulgentiæ in favorem ejus, qui impetravit, judicandum esse, resolvit Sanch. cum aliis n. 20. Contrà tenent Pat. Molin. disp. 173. volum. 9. Bald. cons. 355. n. 2. volum. 1. Bartholom. Socin. cons. 273. n. 11. volum. 1. Pro quibus facit textum in §. quod autem, ibi: Forstian. enim si scripsit, alienam rem esse, non legasset, Instit. de legat. ubi in dubia voluntate defuncti legatum nec valere, responsum est; et si in testamentis plenius soleant voluntates testantium interpretari, l. in testamentis 12. ff. de reg. jur. Præterea in dubiis oportet, quod tutius est; sequi, c. significasti 18. §. quod si discerni, de homicid. cap. illud 5. §. licet de Cleric. excomm. ministrant. Barbof. in axiomat. jur. axiom. 77. n. 2. ubi plures.

At tutius est, ut quisquam careat impetratis, quam ut eis fruatur contra Principis voluntatem: Igitur in dubia voluntate concedentis, rescriptum irritum est censendum. Sed hoc arbitrio Iudicis relinquatur, ut dicitur infra, nu. 55.

Ibi: Falsitas verò, aut subreptio in posteriori casu.

33. Defectus contingens in causa impulsiva ex expressione falsi, aut suppressione veri, gratiam non irritat, nisi, veritate comperta, aliter esset Princeps concessurus quam concessit, gravamen, vel modum gratiæ adijciendo; veluti aliquis petens dispensationem voti peregrinationis ultramarinæ propter infirmitatem, vel senium, falsè dicat, se pauperem esse, & ita dispensationem absolutam consequatur: nam litera ut obreptiæ non valebunt, cum; non proposita paupertate; pontifex utique dispensaret, vel potius commutaret votum onus pecuniarium imponens impetranti, ut fieri solet. Et ita docent Sanch. n. 17. Suar. d. c. ult. n. 11. ad medium, Bonac. d. tract. de legib. disp. 1. quæst. 2. punct. 4. n. 3. vers. Hoc autem regula, Guttier. Canoniar. lib. 1. c. 15. n. 22. 23. ultra eos quos laudavimus supra, ad nu. 19. vers. Contrariam sententiam.

34. Præmissorum ratio est, nam licet per errorem, & deceptionem tollatur consensus, d. l. si per errorem, quando falsitas versatur circa causam impulsivam, solum est involuntaria facilitas, seu promptitudo ad concedendum, non autem ipsa concessio: siquidem, ut supponitur, errore sublato, idem esset Princeps concessurus, etsi difficilior, aut tardius; quare cum voluntas non deficiat concedentis quoad substantiam, actus sustinetur, Suar. c. cap. fin. c. 11. At quando gratia modificaretur, aut coarctaretur, cognitò errore circa causam impulsivam, voluntas concedentis abest quoad substantiam dispositionis; quandoquidem concedens non aliter vellet, ut impetrantem gratia concessa, quam onus impositum subeundo. Igitur rescriptum in quo beneficium, aut gratia concessa est, sine moderamine, tanquam adversus Principis voluntatem nequit subsistere.

35. Quando subreptio, vel obreptio iudicetur commissa circa causam finalem, vel impulsivam? Iudicis arbitrio relinquatur, qui ex morte Principis, persona impetrantis, aliisque circumstantiis decernet, an gratia, veritate cognita, concederetur, necnè; Menoch. d. cas. 201. à n. 30. Sanch. n. 19. cum multis, Guttier. d. lib. 2. c. 15. n. 44. Vivian. in prax. jur. patronat. decis. 97. n. 1. vers. Amplius si subreptio, in fin. Suar. d. c. ultim. n. 15. Tusch. lit. R. concl. 217. n. 21. Deci. in c. super literis, num. 11. de rescript. Sed si dubitet quid faciendum? dictum est supra, n. 52. Cui incumbat onus probandi, quando opponitur de subreptione, vel obreptione rescriptorum; tradit Trentacinq. d. resol. 5. nu. 23.

36. Præfata distinctio inter defectum circa causam finalem, vel impulsivam, non est admittenda, quoties ille ex dolo impetrantis proveniat; nam indistinctè rescriptum vitabitur, ubi falsi aliquid precibus fuerit insertum, aut verum taceatur; c. super literis 20. de rescript. ubi notat Barbof. in collectan. n. 21. & ibi etiam Innocent. in princip. Ioa. Andr. n. 12. Imol. n. 5. Barbatià n. 24. Deci. in c. sedes, in nov. edit. nu. 44. notab. 4. eod. tit. Guttier. sup. n. 134. Sylvest. in summ. verb. Rescriptum, q. 6. 7. Corduba in summ. q. 45. opinio. 1. punct. 1. ante tertiam rationem. licet contrarium teneat Sanch. n.

74. putans, non vitati rescriptum, nisi dolo impetrantis interveniat quoad causam finalem, quod quidem opponitur menti Pontificis in d. c. super literis, qui; ubi malitia reperitur, absolute præcipit, rescripta nullius esse momenti: at ubi defectus ex ignorantia est, distinguit inter causam finalem, & impulsivam, ut ex illa omninò corruiat rescriptum, ex hac eo modo, quò potest, sustineatur; quæ distinctio inter dolum, & imperitiam esset inepta, si idem juris in utroque casu foret, ut Sanch. vult. Cujus sententia vera est, si dolo intervenisset circa ea, quæ nullam connexionem habeant cum eo, quod impetratur juxta præmissa supra n. 48. Nota, quod mendax dolo sus præsumitur, Menoch. de prescrib. 5. pres. 3. n. 53. Quando autem dolo in impetratione rescriptorum præsumatur? habes apud Trentacinq. sup. nu. 24. 57.

Quamvis in omnibus rescriptis apponatur, aut subintelligatur clausula: Si preces veritate nitantur, l. ultim. c. de divers. rescript. Marefc. supra num. 3. Azeved. in l. 4. num. 2. 3. tit. 26. lib. 8. Recopil. Trentacinq. sup. d. tit. de rescript. resol. 7. n. 1. Pat. Suar. d. lib. 8. de legib. cap. 18. n. 19. Barbof. de clausul. claus. 166. Mart. eod. tract. p. 2. clausul. 71. Lancellot. de attentat. part. 2. cap. 20. limit. 1. n. 4. Cardin. Tusch. practicar. conclus. tom. 1. lit. C. conclus. 305. n. 1. & lit. R. d. c. conclus. 317. n. 24. 59. Rota. decis. 221. part. 2. divers. For. Tamen illa conditio ex mente Principis restringitur ad ea, in quibus de jure obreptio, vel subreptio rescripta vitia; neque ad cætera precibus contenta pertinet, nam Principis voluntas juxta jus debet interpretari, Pat. Suar. d. c. fin. n. 16. Menoch. de prescript. lib. 2. pres. 12. n. 1. Trentacinq. ubi proxime n. 9. Corne. cons. 227. n. 7. vol. 2.

60. Addere oportet; rescripta non vitari taciturnitate ejus, quo dicto, verosimiliter crederetur, Principem denegaturum fore petita, si probetur, id quod tacitum fuit, novisse aliunde concedentem; Trentacinq. d. resol. 7. n. 19. Verall. part. 3. decis. 221. nu. 1. Barbof. in collectan. ad l. 1. n. 4. C. si contr. jus, vel util. pub. P. Suar. d. c. ult. n. 7. Quoniam præsumptio illa, quod Princeps non concederet, si sciret quod suppressum est, cedit veritati; cum constet, illud scientem concessisse, nam omnis præsumptio succumbere debet veritati, & per probationes in contrarium elidi solet; l. fin. ff. quod met. caus. l. nuptura 58. ubi Glos. verbo, Contrarium, ff. de jur. dot. Menoch. supra libr. 2. prescript. 75. nu. 37.

Verf. Verum, ut his, que priorem sententiam.

Taciturnitas eorum, quæ jus specialiter exprimi deposcit, sine distinctione an sit circa causam finalem, vel impulsivam, rescriptum vitiat; Flamin. de confident. benefic. q. 46. 53. Mascard. d. probat. conclus. 846. n. 2. 3. Rebus. tractat. de nominat. quæst. 9. n. 50. Selva de benefici. part. 3. q. 11. n. 6. Guttier. d. c. 15. nu. 38. 51. Menoch. d. cas. 201. num. 27. Sanch. allegans alios n. 13. In quo non distinguitur an id eveniat dolo, vel ignorantia impetrantis, 63. Sanch. Menoch. supra, Guttier. d. n. 38. qui omnes rationem à D. Covar. hic traditam approbant. Nam actus contra formam legè præscriptam nullius debet esse momenti, l. cum hi 8. §. si Prætor, ff. de transact. l. non dubium 5. c. de legib.

Quæ autem sint exprimenda necessariò in dispensatione ad matrimonium, ostendit Sanch. d. c. lib. 8. disp. 22. cum seq. Tusch. lit. S. concl. 726. Quæ in literarum impetratione ad beneficia? Tusch. concl. 725. Menoch. supra, à n. 33. Guttier. d. c. 15. à n. 74. Berojus in d. c. ad aures, per totum; de rescript. Quæ